

¶ VIII. *praesagiunt, venturos in Ecclesiam ministros mendaces, qui subintroducturi sint sectas perniciosas: imò ipsum Antichristum sessurum in Templo Dei: & ex ipsa Ecclesia emersuros viros loquentes perversa, 2. Pet. 2, 1. Thess. 2, 4. Act. 20, 30.*

144. *Quòd Sancti Patres interdum ad successionem ordinariam provocasse leguntur: id Temporis illius conditioni & qualitati est adscribendum: neque ad imitationem rapi vel potest, vel debet.*

145. *Erat enim 1. memoria Apostolici seculi recentior. 2. erat perspecta Episcoporum fides, quos tum Ecclesia habuit: quæ omnia progressu temporis facta sunt contraria. 3. Quin non doctrinae veritatem ex ea existimandam esse, ipsi met fatentur.*

146. *Non sunt inquit D. Hieron. Epist. ad Heliod. dist. 40. Sanctorum filii qui loca tenent sanctorum, sed qui eorum exercent opera.*

147. *Quod si tamen tantoperè suæ Successione ordinaria delectantur Romanenses, en ne nos quidem illam reijcimus: verum omnino necessario requiri fatemur: Successionem autem intelligentes non quæ restitutum habet, ad loca & personas: sed ad doctrinam Propheticam & Apostolicam: super quam superstructa est Ecclesia, Ephe. 2, 20.*

QVAE-